



Per.
Lat
020

Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse

Laptulajdonos: Katolikus Középiszkolai Tanáregyesület. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — administration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, XI., Fehérvári-út 13. (tel.: 269-057).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscripta mittantur: JOSEPHUS WAGNER DR., Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268-634).

Megjelenik minden hó 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Pretium subnotationis an. 1941—42: 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chèque) postalis in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse international» appellatis quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit.

Ottocarus Prohászka: Meditationes de nativitate¹ Jesu¹ Christi.

Lectoribus mediis Latine reddidit: Alex. Weber, disc. Schol. Piarum Bp.

Animo in praeteritum recurrens illius meae patriae finem, dum nox prima Nativitatis mundo se demisit, contemplor. Danuvius ille magnus perinde,² ac² hodie fluebat; paludes in valle Granuae³ lucem emorientem crepusculi⁴ repercutiebant; montes cacuminati⁵ Mariae Nostrae, mons Pilis, ora trachytica Danuvii indifferenter submergebantur caligine; undae sub rupe «Crucis Febris» murmurabant, sed Crux nondum visa est in vertice saxi; cunei anserum ferorum clangentium⁶ supervolabant, legionarius Romanus ad bibendum ducens equum suum quieti se traditurus erat; trans Danuvium illucescebant castrorum barbarorum ignes. O qualem mundum! Et nunc campana maior Basilicae sonat strepitumque tractus⁷ celerrimi⁷ per pontem Granuae ruentis reprimit; in domibus cerei odoriferi arborum Nataliciorum¹ accenduntur; vita urbium et vicorum intexta est benedictione illius primae Noctis Nativitatis... Quae omnia infans de Betlehem perfecit; mutavit mundum... Ut saccharum⁹ in aqua, ferrum in igne, glacies in radiis solis liquescunt, ita in manibus Eius et oculorum conspectu iucundo mundus durus et gelidus

et ferreus liquescit... O Domine, pergas opera Tua... in me et circa me!...

Nox est sacra, quae in adventu Altissimi gaudium et horrore commovetur. Lumen hac nocte accenditur; de illo igne cereos arborum Nataliciorum accendimus; illius est fulgor, quo ora parvulorum oculique amantium coruscant. Lux illa sancta in lampadibus ad missam mediae noctis properantium nutat,⁹ et homines ex silvis, ex solitudinibus, ex villis¹⁰ ad praesepe Christi ducit; lumen illud in domibus Sinensium cirros¹¹ capillo¹¹ alligatos¹¹ gerentium oritur per ripas Fluminis¹² Caerulei¹² pariter,² ac² Birmae aut in urbibus Europaeis; linguis diversis eadem laetitia cantus movetur.¹³ «Christus Jesus natus est, gaudeamus!...»*



¹ karácsony = Weihnachten = Noël ² éppen úgy mint = ebenso wie = de même que ³ fluvii Garam ⁴ alkonyat = Abenddämmerung = crépuscule ⁵ csúcsos = spitzig = pointu ⁶ gágog = schnattern = caqueter ⁷ gyorsvonat = Schnellzug = express ⁸ cukor = Zucker = sucre, ⁹ movetur, vacillat ¹⁰ major = Meierei = ferme ¹¹ farkocs = Zopf = tresse de cheveux ¹² lang-tse-chiang ¹³ rázendit = anstimmten = entonner. *Notas musicas huius cantus v. p.: 36.

Jesulus donum mittit.

Historia vera, Natalicia.¹ Scripsit Ios. Guelmino Bp.

Gyergyószentmiklós urbs clarissima Siculorum² in Transsilvania orientali, iuxta fines, in complexu montium silvarumque ingentium, adhuc dormit. In alto caelo sidera ardent flammis mirabilibus. In terra autem gelu rigent³ omnia. Appropinquavit pervigilium⁴ Nativitatis⁴ Domini.⁴ Tota urbs adhuc in tenebris est. Quoniam autem nives proprium lumen habent, sentiri possunt et via et casae, pone⁵ abietes⁶ atras latitantes. Oculis clausis dormitur exeunte⁷ nocte.⁷ Silentium est ubique et immota quies: nec latratus canum, nec cantus gallorum auditur in frigore intolerabili.

Fenestra autem quaedam in ultimo oppido, ecce illucescit.⁸ Dein quasi candela portetur in cubiculo: umbra alicuius means⁹ remeansque⁹ fenestram interdum obscurat.¹⁰ Nonnullis minutis post extinguitur lux et eodem tempore cardines¹¹ crepare audiuntur et species atra hominis exit in viam et gressum adversus montes dirigit. Canis quoque comitatur eum, satis magnus, venaticus. Homo humero sclopetum¹² portare videtur. Non est fur, neque latro: custos est silvarum, properans in opus suum quotidianum. Cavere¹³ debet, ne fures ligna furentur, neve praedones¹⁴ ferarum¹⁴ grassentur¹⁵ in silvis. Stephanus nominatur, ut Siculi dicunt: Están.

Están oppido iam relicto, in luce pallida, quae solem, adhuc montibus tectum, praecedit et nunc aegerrime et laboriose emergitur e tenebris, e naribus¹⁶ vapores fumans iam clivos ascendere nititur. Anhelat,¹⁷ laborat, labitur, sed iterum¹⁸ corpus¹⁸ librat¹⁸, semper infatigabiliter. Haec exercitatio corporis in aura purissima certe prodest sanitati. Et Están vere non indiget appetentia,¹⁹ si de cibo potuque agitur,²⁰ neque insomnia²¹ cruciatur. Immo cibo est parcendum, quoniam, proh²² «plus dierum est, quam farciminis»,²³ ut proverbium Hungaricum putat.

It, connititur,²⁴ lente progreditur in nive alta. Interdum lente illucescit. Et dormire! Optime dormiret etiam nunc, sicut lac in proprio sino,²⁵ sed nunc quoque exeundum est illi ante lucem primam in montes. Ecce autem paulatim procedunt e tenebris montes et valles et iam prope est abies quoque illa solitaria in flexu²⁶ vallis, quae atra et inimica considit in nive. Están illā abiete tenus²⁷ solet procedere, ibi autem dextrorsum versus in montem ascendit et in summo continuat iter. Ultra abietem clivus descendit in vallem.

In hoc clivo ulteriore, hoc ipso tempore, lynx²⁸ quaedam lepore non procul ab abiete capto iam sugit,²⁹ lambitque³⁰ sanguinem illius vaporantem.³¹ Quorum Están nihil sentit, quia clivum ulteriorem non videt. Ex eo autem loco, ubi lynx epulatur,³² ventus, quasi caede territus, ad hominem versus ruit, amens, inter nives pulveris³³ similes³³ secum ferens odorem sanguinis, quem ut capere possit, canis incitatus³⁴ saltitat sursum³⁵ in auram, quā ventus abscessit. Volare autem, etsi voluit, nullo modo poterat, quare manifeste³⁶ stomachabatur.³⁷ Vehementer autem errat, quia praeda non sursum est quaerenda, sed deorsum³⁸ in clivo, ad abietem.

«Quid murmurat, — interrogat eum Están —, si pecuniam haberem, haberem embolos³⁹ quoque globulorum maiorum. Sic autem tantum globuli⁴⁰ minores⁴⁰ sunt in sclopeto meo!» Et fortuitus⁴¹ pertemptat sinus suos. Pecuniam vere non invenit, invenit autem embolum quendam. Avide

inspicit. Quam bene eveniret, si ad festum crastinum leporem⁴² domum portare posset. Frustra! Hic quoque embolos globulis minoribus est repletus. «Videsne hominem miserum, loquitur ad canem, miserā fortunā teneri?» Et stomachosus reicit embolum in sinum et continuat iter plenus curarum.

Animo⁴³ cogitat⁴³ sibi⁴³ liberos suos, quos domi reliquit dormientes O misellos! De donis optatis somniant, quae hodie afferentur illis. Quando nox descendit et intra fenestras exardescunt candelae arborum Nataliciarum et angeli de coelo inter strepitus⁴⁴ alarum⁴⁴ adeunt tecta miserorum aequae ac divitum, ut unicuique afferant gaudium. Sperant parvuli arborem Nataliciam repletam fore ficis,⁴⁵ mālis,⁴⁵ nucibusque⁴⁵ auratis. Et dicitur accidere nonnunquam, ut gladius coruscans⁴⁶ pendeat ex arbore, vel pupa,⁴⁷ quae possit etiam clausis oculis dormire. Haec autem pecuniā constant, quam Están, forte non habet. Et Jesuli non est angelos mittere, qui sinus hominis miseri pecuniā repleant, ut liberi illius dona habeant Natalicia. Nondum auditur cuilibet hoc accidisse.

His cogitationibus onustus proficiscitur in nive. «Orate et accipietis!» — venit ei in mentem. Vere, hoc erat quondam promissum, constituit Están. Et, ne quid omittatur, suspirat ad coelum: «Ut hodie, Domine, nativitate Tuā, cum familia mea gaudere possim, mihi concedas, precor...» Et iam iam apud abietem est.

Lyncem non onerant curae, quae animadvertit appropinquantem et gulā⁴⁸ improbā incitata, cum abiete tecta esset, iam insidiatur illis. Están iam iam praeterit arborem, cum ex improvviso inter nives velut in nube alba, vi saltus volans in aura, lyncem ore aperto sibi inferri conspicit. Sclopetum de humero sumere, linguam⁴⁹ attrahendo utrasque

¹ karácsonyi = Weihnachts = de Noël ² székely = Szekler = Sicule ³ dermedez = starren = s'engourdir ⁴ karácsonyeste = Weihnachtsabend = veille de Noël ⁵ mögött = hinter = derrière ⁶ fenyőfa = Tanne = sapin ⁷ sub finem noctis ⁸ kivilágosodik = es wird hell = il se fait jour ⁹ jövő-menő = hin und her gehend = allant et venant ¹⁰ elsötétít = verfinstern = obscurcir ¹¹ ajtó-sarok = Türangel = gond ¹² puska = Flinte = fusil ¹³ vigyázni = acht geben = prendre garde ¹⁴ orvadász = Wilddieb = braconnier ¹⁵ garázdálkodik = Unfug treiben = faire des ravages ¹⁶ orrlyukak = Nase = narine ¹⁷ liheg = schnauben = haleter ¹⁸ kiegyensúlyozza magát = das Gleichgewicht wiedergewinnen = se mettre en équilibre de nouveau ¹⁹ étvágy = Esslust = appétit ²⁰ van szó = es handelt sich um = il s'agit de ²¹ álmatlanság = Schlaflosigkeit = insomnie ²² sajnos = leider = hélas ²³ kolbász = Wurst = saucisse ²⁴ erőlködik = sich anstrengen = faire tous ses efforts ²⁵ köcsög = Milchasch = pot ²⁶ hajlás = Krümmung = courbe ²⁷ -ig = bis = jusqu'à ²⁸ hiúz = Luchs = lynx ²⁹ szívja = saugen = sucer ³⁰ nyalogatja = lecken = lécher ³¹ gőzölög = dampfen = dégager des vapeurs ³² lakmározik = schmausen = banqueter ³³ porzó = stäubend = poudroyant ³⁴ izgatottan = aufgeregt = excité ³⁵ fölfel = hinauf = en haut ³⁶ szemlátomást = augenscheinlich = évidemment ³⁷ bosszankodik = sich ärgern = se fâcher ³⁸ lefelé = unten = en bas ³⁹ töltény = Patrone = cartouche ⁴⁰ sörét = Schrot = plomb ⁴¹ akaratlanul = unwillkürlich = par hasard ⁴² nyúl = Hase = lièvre ⁴³ maga elé képzel = sich etwas vorstellen = s'imaginer ⁴⁴ szárnyuhogás = Flügelschlag = battement d'ailes ⁴⁵ füge, alma, dió = Feige, Kirsche, Nuß = figue, pomme, noix ⁴⁶ ragyog = blinken = étinceler ⁴⁷ baba = Puppe = poupée ⁴⁸ torok = Rachen = gosier ⁴⁹ a ravasz = Drücker = le chien de fusil

cannas⁵⁰ in feram sibi involantem deurere,⁵¹ eiusdem momenti erat. Tempus deliberandi, quid hoc ictu⁵² feræ nocere posset, prorsus aberat. Fortuitus et reflexive fecit omnia. Motus autem repentinus, impulsusque⁵³ sclopeti in clivo reiciunt hominem in nivem, ita, ut fera eum saltu transiliens pone eum reciderit in nivem. Et cum Están e nive strenue eniteretur, mirans fugere vidit feram, quæ quasi incerta et territa esset . . .

Canis autem irâ furiosâ incensus est propter dominum ex insidiis petitum. Foedissime igitur ululans persequitur fugientem eique pedes posteros iterum atque iterum omni modo admordere⁵⁴ studet. Et quia non invenitur lynx, quæ canem sibi insultare patitur, revertitur et duæ bestiae inter⁵⁵ se⁵⁵ implicatae⁵⁵ in nive horrenda pugnant volutantur. Quibus visis Están, ne quid mali cani accideret, accurrit, et ex cannâ sclopeti ad latus feræ offensâ⁵⁶ embolum tertium eodem momento temporis emisit. Sic factum est, ut latere feræ globulis — etsi minoribus — inter costas⁵⁷ perforato, pulmone⁵⁸ et corde vulneratis ipsa bestia exanimis in nivem reiecta sit. Globulis, quibus tantum corvus vel passer confici potuit, ex immediatâ⁵⁹ propinquitate necata est.

Están, quasi e somno experrectus⁶⁰, incredulus⁶¹ aspectat et perspectat feram, quæ in nive iacens magnitudine vitulum⁶² aequare videtur. Nunquam in vita sua audivit lyncem globulis minoribus interfici posse. Et tunc aspicit oculos eius effossos⁶³ esse, intelligitque, cur fugerit se lynx post ictum primum, globulis plurimis aspersa, etsi vulnere graviore non ictus est.

Tunc collo et humeris imposuit feram, ut in oppidum portaret. Cadaver autem gravius erat, quam ut vir tantum itineris id portans conficere posset. Nihil igitur relictum est, nisi ut degluberet⁶⁴ feram. Quo facto pellem ferens laetus festinavit in oppidum. Optime enim scivit sibi pro fera enecata praemium a magistratu municipali deberi, pellemque satis magni pretii esse.

*

Ego, qui hanc historiam descripsi, tunc magister gymnasii in oppido Gyergyószentmiklós eram, et in atrio magistrorum cum collegis colloquebamur, cum ecce horâ circiter tertiâ intravit ad nos Están cum pelle lyncei. Pellis in altum elevata pedibus prioribus pavementum tetigit. Pulcherrima erat: rutila,⁶⁵ punctata, mollissima. Barba alba dextrorsum sinistrorsumque, qualem lynces gerere solent. Aures in cirrum⁶⁶ penicillo⁶⁷ similem desinunt. Están hanc pellem venditurus intravit.

«Unde habes?», interrogavimus. Totam rem enarravit. «Malim vendere, domini, — finivit verba — probe scitis et vos hodie pervigilium esse Nativitatis, Domini.» Et pellis empta est. Pellis rara, quia lynx punctata, aliter: lynx pardalis, raro reperitur in illis silvis. Et nonnullis minutis post hominem beatum vidimus properare ad tabernas versus.

⁵⁰ cső = Flintenlauf = canon de fusil ⁵¹ elsüt = abfeuern = décharger ⁵² lövés = Schuß = coupe de feu ⁵³ lökés = Stoß = choc ⁵⁴ beleharap = anbeissen = mordre à ⁵⁵ összegabalyodva = in einander verwickelt = s'enchevêtrer ⁵⁶ nekilök = anstossen = pousser ⁵⁷ borda = Rippe = côte ⁵⁸ tüdő = Lunge = poumon ⁵⁹ közvetlen = unmittelbar = immédiat ⁶⁰ felébred = erwachen = se réveiller ⁶¹ hitetlenkedve = ungläubig = incrédulement ⁶² borjú = Kalb = veau ⁶³ kilóve = ausstechen = crever ⁶⁴ megnyúz = schinden = écorcher ⁶⁵ vöröses = rötlich = rougeâtre ⁶⁶ szöröcsomó = Haarbüschel = amas de poils ⁶⁷ ecset = Pinsel = pinceau

Mariae canticum ad cunabula.

Ex Bucolicis Polonicis (Lulajze Jezuniu) Latine reddidit
Rud. Nowowiejski (Vilnae).

*Dormites Iesule, gemmula clara!
Dormites, osculor te, Proles cara!
(Dulcem, matercula, sopias fetum!
Materno carmine comprime fletum!)*

*Claude lenissime palpebras cultu
Defatigata et labra singultu!*

*Acinos Proli dulcissimos dono,
Quam in cor, hortulum maternum, pono!*

*Dormi, pulcherrime angele vere,
Mellite floscule, optime terrae!*

*Claude defessos iam flosculos, rosula!
Nuta, o lilium, caput ad somnia!*

*Proles, amygdala coram te lapsa
Bacasque ex mea expilas capsula!*

*Dormi luminibus, stella, tam puris!
Dormi, sol clare, voluptas telluris!*

*Palmite dono et mala Puella!
Materni ultimum cordis evello!*

*Silete! Velo clarissimum solem
His incunabulis laneis Prolem!*

*Conticescatis cubantes cito!
Ne exciatis Satum somnio!*

Ostiam renascituram esse. (3)

Scriptis et in periodico suo «Tükör» edidit Jos. Révai,
convertit Aemilius Láng (Keszthely).

Ut de topographia veteris urbis perspicuam habeamus notionem,⁴⁸ perambulemus effossas partes eius. Via Ostiensis (a Roma usque ad Ostiam ferens) viae principali urbis continuatur. Quæ via *decumanus Maximus* nominata, mille et quingenta metra longa, ad antiqua litora fert et urbem in duas aequales partes distribuit. Ampla aedificia publica maximam partem hanc viam ornant et structura eorum artificiosa magnificentiam pristinam urbis ostendit. Viae transversae in hunc axem ducunt. Huc spectant etiam balneae. Porticus thermarum magnarum summo decori fuit quondam viae principali. In solario⁴⁹ superioris partis aedificii etiam hodie miramur opus⁵⁰ musivum,⁵⁰ quod Neptunum cum Tritonibus et animalibus marinis ante oculos nostros ponit. Prope thermas in semita quadam castra⁵¹ vigillum⁵¹ sunt sita. In media parte ampli cavaedii eorum ara stabat ad cultum Caesarum. In altera via transversa aedes privatae cum tabernis aliisque habitationibus⁵¹ continue cohaerent. Quaedam habitatio trium conclavium,⁵² ex quibus quinque fenestras spectant ad viam, colore modernitatis illita esse videtur. Ceterum Ostiae hucusque centum et duodequadraginta tabernae effossae sunt, quæ maximam par-

⁴⁸ fogalom = Begriff = idée ¶ ⁴⁹ napozó = sonniger Balkon — balcon exposé au midi ⁵⁰ mozaik = Mosaik = mosaïque ⁵¹ lakás = Wohnung = logement ⁵² szoba = Zimmer = chambre

tem cauponae et popinae⁵³ thermopoliae⁵⁴ sunt. Hic illic ex apparatu⁵⁵ quoque aliquid superest e. g. vasa vinaria, dolia olearia, etc. In via principali fuit etiam theatrum. Pars scenae⁵⁶ cum aliquot aediculis⁵⁷ personisque⁵⁸ marmoreis integra remansit. Cavea⁵⁹ iam restaurata est. In theatro iam diu fabulae antiquae in scenam deferuntur.

In urbe pone theatrum platea⁶⁰ collegiorum⁶⁰ visu dignissima est. Plateam amplam columnis ornata a tribus partibus computatoria¹⁸ nego-



Neptunus et Tritones. (pag. 27).

tiorum et societatum navalium exterarum circumdabant. Moles⁶¹ continenter exstructae, quibus similes in imperio Romano vix invenires, notitiam antiquae vitae negotiosae aperiunt. Septuaginta computatoria fuerunt contigua. In tramite⁶² lato pedestrium, ante singula aedificia, insignia diversa collegiorum navalium vel mercatorum exterorum coloratis lapillis concinne contexta cernuntur. Opus musivum conspicuum est. Legimus inscriptiones: hic erat sedes nautarum Carthaginensium, illic Gallorum, ubi convenire solebant. Sed ibi loci nomen omnium urbium magnarum mercaturam exercentium ac societatum navalium imperii invenias. Tribus locis plateae spatiosae porticus erant aedificatae. Musivā eorum elephantum, delphinum, cervum, nautas mercem in navem imponentes, turrim⁶³ nocte luminantem⁶³ et monstra marina imitantur. Aliquo loco Crescens, nomen cuiusdam nautae vel mercatoris, oculis nostris occurrit, iuxta est symbolum antiquum Ariorum, crux hamata. Haec platea pone theatrum fuit sinus urbis, hic vita negotiosa vehementissime fervebat, hic maximae divitiae cumulabantur, inde commercium imperii externum regebatur. Si per viam transversam ad decumanum Maximum redimus, ipsum sacellum martyribus Ostiensibus sacrum praetergredimur, prope quod est etiam Mithraeum (templum Mithrae).


Per aedificium thermarum magnarum denuo transimus et hypocausto marmoreisque columnis magnificis perspectis ad forum, focus vitae forensis pervenimus. In foro Capitolium de vera mente Romana a maioribus tradita loquitur; gradus marmorei et in fronte sex columnae et ara Iovis nos monent illos mercatores, quamquam maximam curam diligentiamque in pecuniis acquirendis adhibentes, tamen in primis Romanos fuisse. Tempa Romae et Augusti sunt veri indices⁶⁴ Romanae mentis inextirpabilis atque ubique vigentis. Ambae

statuae templi: Victoria alata et Roma dea, domina terrarum etiam hodie huius aeternae sententiae⁶⁵ Romanae sunt testes.

Ad extremum decumanum in via transversa dextra remansit ampla domus⁶⁶ Epagathi et Epaphroditii, negotiatorum frumentariorum. Quae domus duorum tabularum, cuius janua maxima columnis erat ornata, amplum proiectum⁴³ et magnas fenestras ad viam spectantes habebat. Structura aedificii magnifici proportionalis et artificiosa prodit eros⁶⁷ divites. In primo tabulato porticus fuit inque area opus musivum, ubi iterum crucem hamatam invenimus. Totum aedificium re vera est prototypus domus stilo renascenti⁶⁸ aedificatae, cui similis inter effossas ruinas antiquitatis haud ulla reperitur.

In quodam vico urbis hic statua Fortunae nos arripit, illic proiecta aedificiorum desuper imminet nobis; hic tectoria⁶⁹ conclavium, quae plano⁷⁰ pede⁷⁰ sunt, nos alliciunt, illic thermopolium oculos in se convertit. Repositoria marmorea eius supersunt, quae olim ciborum et liquorum plena deambulantes ad intrandum invitabant. Picturae parietum festivae (hilares) varios cibos appetitum excitantes imitantur. Ante ianuam duo scamna⁷¹ lapidea sunt, ubi hospites sedebant, ut libero aëre recrearentur. Super thermopolium ipse dominus eius habitabat. Haud longe abhinc sacellum Dianae inter alta aedificia suae parvitat⁷² se pudet. In area eius puteus⁷³ et labrum,⁷⁴

⁵³ lacikonyha = Garküche = rôtisserie foraine
⁵⁴ bár = Bar = bar ⁵⁵ berendezés = Einrichtung



1. Platea collegiorum. 2. Domus Epagathi.

= aménagement ⁵⁶ színpad = Bühne = scène ⁵⁷ fülke = Nische = cabine ⁵⁸ álarc = Maske = masque ⁵⁹ nézőtér = Zuschauerraum = place pour les spectateurs ⁶⁰ céhek tere = Zunftplatz = place des guildes ⁶¹ óriási épület = Riesenbau = édifice colossal ⁶² gyalogjáró = Bürgersteig = trottoir ⁶³ világitótorony = Leuchtturm = phare ⁶⁴ ismertető jel = Kennzeichen = signe distinctif ⁶⁵ érzület, gondolkodásmód = Gesinnung = disposition d'esprit ⁶⁶ cég, üzletház = Firma = firme ⁶⁷ tulajdonos = Eigentümer = possesseur ⁶⁸ renaissance ⁶⁹ falfestmény = Wandmalerei = fresque ⁷⁰ földszint = Erdgeschoß = rez-de-chaussée ⁷¹ pad = Bank = banc ⁷² jelentéktelenség = Unbedeutendheit = petitesse ⁷³ kút = Brunnen = puits ⁷⁴ vízmedence = Wasserbecken = bassin

circa aream cellae, quarum duae in delubrum (= templum) Mithrae commutatae fuerunt. Exinde venimus ad locum antiquae urbis celeberrimum, ad horreum maximum omnium, quae usque ad nostram memoriam remanserunt. In quo ingenti aedificio, quod porticus circumdat, septuaginta cellae i. e. granaria⁷⁵ fuere, in quibus separatim singulae fruges reconderentur. Molae⁷⁶ aliaque instrumenta molaria ibi inventa docent ibidem etiam furnariam⁷⁷ exercitam fuisse. Nam sub Caesaribus aetate posterioribus Ostia non tantum frumentum, sed etiam panem Romam comportabat. Huiusmodi receptacula Ostiae plura exstiterunt. Hodie quoque admiramur magnum aedificium, cuius in solum capaces amphorae ad vinum et oleum condendum erant immissae. *Finis sequetur.*

⁷⁵ magtár = Kornspeicher = grenier ⁷⁶ malomkő = Mühle = meule ⁷⁷ pékműhely = Bäckerei = boulangerie

Societas¹ anonyma.¹

(In usum tironum scripsit *Fr. Palata Moravus.*)

Si quis possessor fabricae non sat pecuniae habet ad negotia gerenda aut amplificanda, petit a regimine² civitatis,² ut fabricam illam ex possessione *privata* convertere liceat in possessionem *sociorum*.³ Veniā impetratā in vulgus edit *scidulas*⁴ seu *sortes*⁵ eosque per mensas⁶ argentarias⁶ venales offert civibus, qui pecuniā hunc in finem collatā participare velint lucrum quotannis ex fabricā redundatum. Multitudo et pretium singularum sortium pendet a magnitudine fabricae et conditione negotiorum gerendorum. Emptores sortium coalescunt in consortium quoddam, fixis legibus adstrictum, quod voce e lingua Gallicā sumptā plerumque dicitur *societas anonyma*.

Haec societas e corpore suo eligit *praesidium* seu *consilium administrativum*, cui praest director. Directoris munus suscipere solet pristinus possessor fabricae, in praesidium arcessuntur viri probatae fidei, rerum technicarum et oeconomicarum gnari, quos sperare licet communi sciorum causae bene consulturos esse. Praesidium res minoris momenti ipsum per se decernit: conducit et dimittit officiales⁷ et operarios, mercedes eis statuit eorumque morbis et aliis infortuniis praecavet, curat fabricae aedes et utensilia, commercium init cum privatis et societatibus cum rudis⁸ materiae⁸ emendae tum mercium vendendarum causā, necessitate urgente aes alienum apte contrahit, consortii sui vicem⁹ gerit⁹ coram magistratibus, lites componit inter officiales et operarios obortas.

Si quid gravius intervenit, imprimis quod maiores expensas exigit, convocat praesidium extra ordinem conventum omnium sociorum, qui inde *conventus extraordinarius* dicitur. Hunc adire cuius possessori vel unius sortis licet; item licet ei sententiam dicere aut ab alio dictam suffragio adiuvare vel recitare. Semel autem in anno indicitur *generalis conventus ordinarius*, in quo hic fere ordo observatur. Legitur commentarius seu protocollus conventus superioris et exhibentur rationes¹⁰ accepti¹⁰ et expensi¹⁰, quarum fidem — iam antea secreto exanimatam — publice testantur transcriptores¹¹ a sociis lecti. Tum transitur ad potissimum munus sessionis: nempe decernitur, quonam impendatur purum lucrum ex collatis sumptibus et redditibus anni praeteriti emanans. Ac pars quidem confertur ad sedem fabricae et suppellectilem reficiendam, augendam, recentiorum tempo-

rum condicionibus accommodandam, pars *dividendae* nomine dividitur inter socios, ita ut unicuique sorti aliquot — pro lucri magnitudine — centesimae foenoris instar obveniant, pars reservatur negotiis gerendis, fortuitis damnis sarcien-¹² emeritis officialibus et operariis annuā pensione sustentandis. Ubi grandius lucrum computatum est, peculiare¹³ praemium constituitur primoribus ob eximiam operam commodis consortii navatam et stipes impertiuntur sublevandis pauperibus civibus et sodaliciis bonum publicum sectantibus. Denique interrogare solet, qui sessioni praest, — praest autem plerumque director aut eius vicarius, — num quis quid habeat, quod ad communes rationes societatis pertineat. Quaestiones latae statim excutiuntur,¹⁴ consilia proposita perpenduntur, probantur aut reiiciuntur aut praesidio accuratius examinanda relinquuntur. Quando nihil amplius est, quod pertractetur, sessioni a praeside finis imponitur.

Nonnunquam autem evenit, ut sumptibus a redditibus deductis nihil omnino lucri supersit, immo maius aes alienum exstet, quod pro praesenti rerum statu dissolvi nequeat. Multae enim calamitates superveniunt negotiorum gerentibus, quas humana prudentia non potest praecavere: modo ob incendium aut inundationem, modo ob tumultus publicos aut operariorum ab opere cessationes, modo ob penuriam materiae necessariae ad tempus intermittere oportet negotia. Maximam autem cladem affert, si qui gravioris aeris debitores decoxerunt¹⁵ nec¹⁶ pares¹⁶ sunt¹⁶ solvendo¹⁶ aut si societas opus artificio partum iusto minoris vendere cogitur, ne foro¹⁷ in perpetuum excludatur a negotiatoribus, qui prosperioribus usi conditionibus merces eiusdem generis minore sumptu fabricantur et minore pretio venundant. Si igitur rationibus¹⁸ subductis¹⁸ societatem damnun fecisse apparet, nullae decernuntur dividendae, nulla praemia, nullae stipes et damnun transscribitur in rationes anni insequentis. Nam spes est fore, ut hoc anno lucris subinde accrescentibus detrimentum anni praeteriti paulatim compensetur et aes alienum attenuetur. Quod nisi contigit, sortium pretium — auctoritate² publicā² assentiente — plus minusve imminuit, immo interdum ad decimam partem pristini valoris reciditur, ita ut socii, qui quidem plures sortes possideant, iacturam dolendam subeant.

In maioribus consortiis consilium administrativum subiectum est collegio superiori, quod eius rationibus et actionibus invigilat ob eamque rem *consilium*¹⁹ *invigilans*¹⁹ plerisque linguis Europaeis nuncupatur. Nihil, quod quidem maioris momenti sit, ad effectum deducere aut solemni sociorum

¹ részvénytársaság = Aktiengesellschaft = société anonyme ² kormányzat = Staatsverwaltung = gouvernement ³ részvényes = Aktionär = actionnaire ⁴ értékpapír = Wertpapier = titre ⁵ részvény = Aktie = action ⁶ pénzügyintézet = Bank = banque ⁷ tisztviselők = Beamten = employés ⁸ nyersanyag = Rohstoff = matière brute ⁹ képvisel = vertreten = repräsentieren ¹⁰ bevételek és kiadások számlája = Einnahmen- und Ausgabenkonto = livre des recettes et des dépenses ¹¹ ellenőrök = Aufsichtsbeamten = contrôleurs ¹² pótol = ersetzen = réparer ¹³ külön(leges) = besonder = spécial ¹⁴ megvizsgál = untersuchen = examiner ¹⁵ csődbe jut = Bankrott machen = faire banqueroute ¹⁶ fizetéseképtelen = insolvent sein = être insolvable ¹⁷ piac = Markt = marché ¹⁸ elszámolás után = nach der Abrechnung = après le règlement de compte

conventui proponere potest praesidium, quin²⁰ exquirat consensum consilii invigilantis; eidem rationem reddere debet cuiusvis incepti iam consummati. Et membra praesidii et membra huius consilii fixa ac stabilia salaria²¹ percipiunt et — florente rerum statu — peculiaribus praemiis afficiuntur. Eliguntur autem a conventu ordinario omnium sociorum in spatium aliquot annorum. Quod ubi praeteriit, aut provincia iis prorogatur²² aut in eorum locum alii candidati sufficiuntur. Novi utique²³ creandi sunt in loca eorum, qui vitâ decesserunt aut dignitatem suâ sponte abdicarunt aut fide sociorum indignos se praestiterunt.

Nec tamen semper societates anonyma fabricas exercet; nonnunquam fodinas²⁴ aut balneas aut instituta pecuniaria aut vias ferratas conducit²⁵ aut alia suscipit negotia, ad quae gerenda maiore opus est pecuniâ, quam cui suppeditandae par sit quisquam privatus. Hinc pro materiae varietate variae temperantur normae, quas supra adumbravimus.²⁶ Aetate recentiore ubique fere terrarum antiqui et novi orbis exstant frequentes societates anonymae; in aliis autem civitatibus paulo aliis obnoxiae sunt legibus, salvis tamen illis primariis lineamentis, quae hac commentatiunculâ persecuti sumus.

Haec habui, quae vobis dicerem, maturiores gymnasii alumni! Qui vestrum quondam adultus oeconomicis aut mercatoriis aut iuridicis studiis vacabit, plura de hoc themate docebitur. Interim haec rudimenta ope linguae Latinae didicisse et memoriae mandasse sufficiat!

¹⁰ felügyelő bizottság = Aufsichtsrat = conseil de surveillance ²⁰ anélkül, hogy = ohne dass = sans que
²¹ mercedem ²² prolongatur ²³ minden esetre = jedenfalls = en tout cas ²⁴ bánya = Bergwerk = mine ²⁵ bérel = mieten = louer ²⁶ vázol = skizzieren = esquisser

Artificium.

Fabula ex opere *Caroli Dickens*, quod inscribitur: «Fabulae detectoriales»¹. Latine reddidit: *Felicianus Gondán dr.* O. Cist. Bajanus.

— Pulcherrimum, quod in vita mea videram — sic exorsus est Wild, inspector aedilium² — accentum in «pulcherrimo» ponens, quo significavit, se admiratione verâ completum esse, — pulcherrimum fuit artificium optionis³ Witchem. Hic casus pulcherrimus sequens est: Die certaminis equorum, quod vulgo *derby* appellatur, in statione viae ferratae commorabamur, ego et optio Witchem. Nos, — ut iam aliquando — ni fallor — commemoravi — in statione viae ferratae commorari solemus, quando certamen equorum et alia hujusmodi habentur, id est, quando tumultus fiunt, cum fures occasione uti conantur. In statione enim comprehendimus eos statim, ut ex curribus⁴ vapore⁴ actis⁴ descendunt et in currubus subsequentibus sub custodia eos remittere solemus. Sed hoc die certaminis, cuius mentionem feceram, fures nos deceperunt;⁵ nam currus et equo conduxerunt⁶ et Londonio per vicum Whitscapel profecti et nos evitantes itineribus diversis in pagum Epsom, ubi tum certamina equorum celebrata sunt, advenerunt et iam sacculis⁷ certatorum et spectatorum imminabant, dum nos eos — more solito — in statione viae ferratae expectabamus.

Sed haec, fateor, minime ad rem pertinet. Dum Witchem et ego in statione desides⁸ tempus terimus, occurrit nobis quidam dominus, nomine Tatt, qui olim collegio aedilium inservire solitus est et libenter saepe nos in furibus deprehendis adiuverat.

— Heus,⁹ Carole Wield — inclamat me iste hilaris — quid hic agis? «Amicos veteres» expectas?

— Ita, domine Tatt.

— Comitamini me, quaeso, domini, et exhauriam nonnulla pocula vini!

— Nunc tibi invitanti parere non possumus, — respondi, — quia novissimum, qui vapore agitur, tractum⁴ expectamus, postea libenti animo te sequemur.

Tatt nobiscum mansit. Tractus novissimus adventit et nos tres in cauponam divertimur.¹⁰ Sumptum potionum Tatt largitus est.¹¹ Habuit copiam. Ex nobili enim loco natus non contemnendas habuit opes. In focali¹² ejus tunc quoque talis acus ex solido adamante¹³ perfecta¹³ fulgebat, quae — ut opinor — vel minime 150 libris¹⁴ Anglicis constabat. Iam tria vel quattuor pocula exhaurimus et desides in caupona ambulavimus, cum Witchem exclamat:

— «Attendatis, mehercle, fures iam in hoc deversorio sunt. Quattuor eorum video.

Ad dominum Tatt adspicio: acus pretiosa ei iam ex focali abrepta est...»

Witchem in janua viam salutis iis occludit. Ego pugno, ut possum, summis viribus, nec Tatt nobis deest; et mutuo flagrantis odio, nos et fures iam in pavimento luctantes volvimus. Sed denuo victoriam de eis reportavimus et catenatos in stationem viae ferratae eos traximus. Statio iam fervebat¹⁶ furibus, qui in campo certaminis ab aedilibus deprehensi sunt. Ibi perscrutamur latebras vestimentorum furum, qui a nobis in impotentiam reducti sunt. Nihil furti apud eos invenimus. Indignans dico sociis: «Eheu, labor noster irritus fuit: nihil alieni apud nostros fures invenimus et acus quoque focalis domini Tatt amissa est.»

— Quid quereris, domine inspector? — interrogat me Witchem. — Acum amissam lamentaris?

— Ita.

— Acus adamantea¹⁷ hic est, — respondit Witchem et palmas aperit.

Et re vera acus pretiosissima in palmis ejus fulgebat integra.

— Eja mirum! inlamo et Tatt quoque miratur.

— Quomodo recuperasti?

— Sequenti modo. Furtum animadverti, sed de hac re vobis mentionem non feci. Memoria tenui vultum ejus, qui furatus est acum. Cum omnes humi volutavimus luctantes, attigi manum compressam furis, velut *collega eius fuissem*. Et fur me unum ex consciis esse ratus sine suspiratione acum pretiosam ex suis in meas manus caute surripuit.

¹ Detectivae ² rendőr = Polizei = police ³ altiszt = Unteroffizier = sous-officier ⁴ vonat = Zug = train
⁵ rászed = hintergehen = tromper ⁶ bérel = mieten = louer ⁷ zseb = Tasche = poche ⁸ tétlenül = müßig = oisivement ⁹ hallo! ¹⁰ betér = einkehren = entrer ¹¹ kifizet = bezahlen = payer ¹² nyakkendő = Halsbinde = cravate ¹³ vulgo: brillians ¹⁴ font = Pfund = livre
¹⁵ plena erat ¹⁶ ártalmatlanná tesz = unschädlich machen = réduire à l'impuissance ¹⁷ gyémánt = Diamant

De primo automobilium fabricatore.

Scriptis Carolus Simon. In Hungaricum convertit Carolus Acs Bp.


Multis annis ante, quam bellum totius orbis terrarum exarsisset, cum nostra civitas tranquillā pace secure ac laute¹ intra mille annorum fines ageret, matutino aestatis tempore mira quaedam vehicula trirota² motorio pernicious³ agitata in capitis Hungariae plateis⁴ apparuerunt. Nemo hunc diem, quamquam Budapestini automobilia videndi copia rara erat (= raro videri poterant) memoriae prodidit. Haec vehicula, id est primi Hungariae currus motore acti a Ioanne Csonka, sollerti⁵ et ingenioso machinarum artifice condita sunt. Huius viri conatibus et successibus opima⁶ vita, quae tamquam Hungariae alacritatis⁷ et invictae voluntatis atque summae industriae instar⁸ digna est, quae carmine heroico celebretur, alumnis Hungariae artificiorum⁹ et fabricarum⁹ incrementa⁹ capientis⁹ multa et salubria praebet documenta.

Ioannes Csonka a. 1852, tribus annis post bellum pro libertate gestum natus est gente Hungarica germanissima,¹⁰ in qua fabrica¹¹ ferraria¹¹ a patre ad filium tamquam per manus tradebatur. Neque casu factum esse videtur, ut is iam puer pubescens¹² singulari quadam animi inclinatione ad omne genus machinarum earumque machinationem¹³ cognoscendam ferretur. Quia parentes pauperes erant, iam parvulus, cum scholam frequentaret, sedulo patri operam navabat, in eius enim officina, quia machinae deerant, omnia opera manualibus¹⁴ ferramentis¹⁴ confiebant. Operi iam primi diluculi¹⁵ tertia hora instabatur, quod usque ad solis occasum continenter perducebatur. Discendi copia¹⁶ nisi vespere ad malignam¹⁷ lucernae¹⁸ lucem non dabatur. Puer adolescens aegerrime tulit patri aetate provecto opus difficillimum malleo¹⁹ tundendi¹⁹ laborem ac lassitudinem²⁰ in diem maiorem afferre. Puer igitur quattuordecim annorum animum induxit, ut prius non quiesceret, quam machinam comminisceretur,²¹ qua pater laboriosā operā liberaretur. Duplicitā industriā sese operi accinxit, omnibus



Ioannes Csonka.

nummulis sepositis parcissime vixit atque dies noctesque in studium discendi incubuit. Scientiam amplificaturus, id quod sibi proposuisset, quo ma-




Donatus Bánki.

turius consequeretur, consilium peregre²² proficiscendi cepit et cum tantum pecuniae comperisset,²³ quod viatico²⁴ sufficeret, itineri se commisit. Perlustratā totā Europā usu et multis experimentis instructus domum revertit.

Hoc tempore centum annis post inventam machinam vapore motam nova machina²⁵ vi²⁵ acta²⁵ in Francogallia inventa est, quae gazomotor nominabatur. Ioannes Csonka primus in Hungaria intellexit quanti esset momenti²⁶ haec nova machina, cuius confectionem periclitatus est, quae quidem haud facile processit, praesertim cum meliorem perfectioremque machinam facturus esset, quam ceteri. Multorum igitur annorum experimentis constantibus opus erat, dum omnes difficultates, quae ei obstabant²⁷ et officiebant,²⁷ expugnaret²⁸ atque tandem primus Hungaricus gazomotor moveri coeptus esset. At multo maiore constantiā opus erat, dum machinam malleo tundendi

1 jólétben = in Wohlstand = dans l'aisance 2 háromkerekű = dreiräderig = tricycle 3 fürge = flink = agilerment 4 utca = Strasse = rue 5 találékony = erfindérisch = ingénieux 6 gazdag = reich = riche 7 életereálóság = Lebenstüchtigkeit = vivacité 8 megtestesítője = Verkörperung = type 9 az iparosodás útján haladó = auf dem Wege der Industrialisierung fortschreitend = est en voie de s'industrialiser 10 tősgyökerez = stammesecht = pur 11 vasműesség = Schmiedehandwerk = forgerie 12 serdülő = heranwachsend = entrant dans l'adolescence 13 constructionem 14 kézi szerszám = Handwerkzeug = outils 15 hajnal = Tagesanbruch = point du jour 16 alkalom = Gelegenheit = possibilité 17 pislogó = schwelelend = brûler sans flamme 18 mécsvilág = Öllampe = lampe à huile 19 kovácsolás = Hämmern = forgement 20 fáradság = Müdigkeit = épuisement 21 kitalál = erfinden = inventer 22 külföldre = ins Ausland = en pays étranger 23 megtakarít = ersparen = épargner 24 útköltség = Reisegeld = frais de voyage 25 erőgép = Kraftmaschine = machine de force mécanique 26 jelentőségű = von Bedeutung = d'importance 27 elébetornyosodik = sich entgegenstellen = se mettre en travers 28 superaret, vinceret

motorio actam id est gazomalleum²⁹ qui vocatur, ex gazomotore procreare ei contingeret. Quam beatum eum fuisse putemus, cum voti³⁰ iuvenili aetate suscepti³⁰ damnatus³⁰ patrem gazomalleo donaret. Iam tum, cum in gazomalleo conficiendo versabatur, ei operam³¹ suam commodavit³¹ *Donatus Bánki*, clarissimus ille machinator³², quocum etiam motorium petroleo agitatam fecerunt. Hanc machinam insecta est a. 1892 inventio per totum



Carburator, inventum Joannis Csonka et Donati Bánki.

orbem terrarum celebrata, quae vocatur carburator (= benzinopulverator). In hanc machinam casu quodam inopinato inciderunt. Vespere quodam cum experimenta eorum irrita³³ cecidissent,³³ domum redeuntes Ioannes Csonka in angulo vici puellam flores venditantem conspexit, quae forte fistella³⁴ asperginem³⁵ aquae³⁵ floribus suis afflavit³⁵ «Sic», exclamavit ille, «nos benzinum in motorium indere³⁶ oportet» et se ad tabulam delineatoriam recipientes iam eodem vespere machinam benzinum eadem ratione indentem composuerunt, quae dicitur carburator Bánki—Csonkaianus. Ope huius machinationis, qua meliorem et simpliciorum circumactis quinquaginta annis nemo invenit, fieri potuit, ut motoria benzino quoque moverentur. Ante eos nemo ad motoria agenda benzinum adhibere ausus est, quod periculum erat, ne disploderentur.³⁷ Carburatore hoc periculum exclusum et benzinum ad motorium agendum habile factum est.

Finis sequetur.

²⁹ gázkalapács = Gashammer = marteau de gaz
³⁰ kívánságát valóra váltotta = seinen Wunsch erfüllt sehen = accomplir son vœu ³¹ segítőtársa volt = war ihm behilflich = tendre une main secourable ³² mérnök = Ingenieur = ingénieur ³³ nem sikerültek = fehlschlagen = échouer ³⁴ fuvóka = Blaseröhrchen = chalumeau ³⁵ permetetezte = bespritzten = arrosen ³⁶ adagolni = dosieren = doser ³⁷ vulgo : exploderentur

De quaestione¹ iudiciaria.¹

Ex libro *Geysae Gárdonyi* «Az én falum» intitulato. Convertit *Mater Anna Benzze* I. B. M. V. (Kecskemét).

Martinus novum libellum emit. Manu portabat, ne rugis² informis² fieret.² Libellus coloris gilvi³ erat, ut citreum, manus autem ipsius rubrae erant,

ut malva. Necnon etiam nasus rubescebat, frigore⁴ vellicatus.⁴ Tempus iam horae secundae appropinquavit, cum Martinus ad scholam advenit. Non est dubium, quin in libello emendo tempus consumpsit. At rēverā valde festinavit. Pera⁵ immensa ex lino facta intra genua huc et illuc oscillabatur, dum novi perunculi⁶ terram velociter pulsabant.

In clivo glacies⁷ lubrica⁷ acclivis⁷ fuit, cui, quam celerrime deveniret, accurrit. Qua cum devenit, in nive paulisper volutatus, me⁸ Dius⁸ Fidius⁸ pedibus in aëre calcitravit.⁹ Sed libello fortunā favente nil mali accidit.

In schola susurratio lenis miscetur, cum Martinus celeri motu incidit. Semper ita fieri solet, antequam schola incipit. Liberi enim colloquuntur, ut homines, serio aut iocose, uti res postulat. Unicuique licet colloqui cum circumsedentibus, solum clamitari est vetitum. Si quis clamorem¹⁰ tollere¹⁰ audeat, nomen eius Emericus Istenes in tabula nigra inscribat. Martinus in subsellio secundo locum habet, iuxta Ioannem Koszó. Ioannes quoque puer septem annorum est. Puerulus alacer, colore subfusco,¹¹ semper blaterat¹² garrigue¹² cum vicinis, modo cum illo, qui ante, modo qui post ipsum sedet. Cuius animum, etiam si quiete sedendum est, magis iuvat pedes quatere, vel vicino aspicienti in os oculosque cachinnare singulari quadam voce : cff cff, sicut canis muscas allatrare solet.

Sed ipsam ob eam causam iuxta Martinum sedet. Martinus puer gravis, quietusque est, quem si nunquam loqueretur, omnia scire putares, sicut episcopum. Sed pro nihilo ille miserandus scit, tantum oculi eius prudentes esse videntur. Ergo Martinus in subsellio consedit, apicemque¹³ immanem ex pelle agni factum manibus prae se complicat. Vitreum rotundumque atramentarium¹⁴ funiculo soluto in mensa collocat, et quidem super ipso gilvo³ libelli involucro. Deinde manum in peram immittit, unde ceram, cultellum magnum ligneo manubrio,¹⁵ librum, mālum Cydonium,¹⁶ glomumque¹⁷ funiculorum promat. Denique manu iam usque ad cubitum in peram immissā, ex utensilibus ibi relictis etiam calamum quendam in lucem profert.

Dum haec omnia parantur, novus libellus spectandi causā etiam a tribus abripitur. Quamquam satis talium libellorum, imagine Nicolai Zrínyi ornatorum in schola spectari possunt, tamen spectatur. Accurate contemplantur Nicolaum Zrínyi, pariter ac tabulam Pythagoricam.¹⁸ Numeratur, quot paginas libellus contineat, etsi nunquam plus mi-

¹ bűnügyi vizsgálat = Kriminaluntersuchung = instruction criminelle ² összegyűrdik = zerknittert werden = se chiffonner ³ sárga = gelb = jaune ⁴ a csipős hidegtől = wegen der schneidenden Kälte = à cause du vent mordant ⁵ tarisznya = Ranzen = besace ⁶ csiz-mácska = Stiefelchen = bottine ⁷ csuszka = Schlitterbahn = glissade ⁸ mehercule ⁹ rugdalózik = strampeln = s'escrimer des pieds ¹⁰ clamare ¹¹ barnás = braunlich = brunâtre ¹² locsog-fecseg = plaudern, plappern = bavarder, papoter ¹³ kucsma = Pelzmütze = bonnet fourré ¹⁴ tintatartó = Tintenfaß = encrier ¹⁵ nyél = Griff = manche ¹⁶ birsalma = Quitte = coing ¹⁷ tekercs = Knäuel = pelote ¹⁸ egyszeregy = Einmaleins = table de multiplication

nusve sex paginis habeat. Martinus ter continuo retrahit libellum. Postremo manu capit mälum Cydonium, quod super libellum collocatum iam nemo attingere audet, quippe quod «noli me tangere» nominetur.

Martinus obturamentum¹⁹ atramentarii vitrei dentibus corripens aliquantum torquet lagunculam.²⁰ Vicinus hucusque in subsellio genibus nixus cum puella post se sedenti nescio quid de stilo mutando egit. Permutatis stilis Ioannes se convertit. Repente conversus est, ut solet. Eodem momento obturamentum e laguncula exsiluit. Ioannes protrusit Martinum, quo atramentum effundebatur. Martinus trepidus pedes revocavit, atque oculis rotundatis, velut si membra rigore capta essent, adstupebat libello, mälö Cydonio, et perae. Super enim his tribus utensilibus placide fluebat, quidquid prius in atramentario fuerat. In libello lacus Pelso (= Balaton) niger, in mälö Cydonio margaritae nigrae cernebantur, in pera vero nigra Tiscia, ater Danubius, Dravus Savusque. Quae quattuor flumina unä in coaxationem²¹ stillabant. Proximo momento oculi Martini iam ardent, tantäque vi Ioanni colaphum²² ducit,²² ut ille miserandus prope decidat subsellio.

Eodem puncto temporis intravi scholam. Discipuli surgentes «Laudetur Iesus Christus!» clamaverunt. Sed omnium vultus malevolentia relucebat, conturbatique esse videbantur, ac si nescio quid interrogare vellent. Quaedam puellarum ultimarum²³ labiis palmam admovit, ut risum celaret. Alapam enim omnes viderunt, nec non conspexerunt me oculos in illis ipsis duobus pueris figere. Martinus pallet. Ioannes rubet. Schola obmutescit commotione animorum interclusa. Num quid dicerem, expectabatur, quis negat alapam ducere magnum esse peccatum, cum facies humana sacrosancta sit. Qua de causa nihil aliud esse videtur, nisi sacrilegium civile. Procédo: «Spongiam ferte», denique quiete quadam gelida orsus sum. Haec Emerico dixi, qui Istenes vocatur, nam Emerico iuxta tabulam nigram sedenti proxima invenitur spongia. «Deterge huic puero atramentum!» — Istenes magno silentio utebatur tergens libellum, subsellium et peram. Etiam mälum Cydonium spongia permulsit. Deinde in media fronte Ioannis conspexit tantam maculam, quanta faba est. Cui appropinquavit cum spongia, ut detergeret. Quamquam plus atramenti illinebatur ei, quantum ibi fuerat, hoc tamen sollemnitate gravitatemque causae minime mutavit.

Tunc iterum loqui coeperam: «Ambo hi pueri schola finita hic manebunt, quia nunc nobis non vacat de crimine eorum sententiam dicere. Intellexistine, Martine Nagy? Intellexistine, Ioannes Koszó?»

— Intellexi, respondit maestissime uterque, qui peccatum commiserant. Ambo severi tacitique manebant per totum postmeridianum tempus. Nunquam manus me docente diligentius super pectus conseruerunt, neque unquam magis animum attenderunt, quam illo die. Nonnisi semel accidit inter numerandum, ut Martinus manu in peram immissa mälum Cydonium promeret, quod severo vultu conspexit, et aequa gravitate lambit, deinde rursus in pera condidit. Sub vesperam discipulis domum missis, tantum duo peccatores duaeque puellae remanserunt. Duabus puellis schola verenda erat. Scholam enim quotidie ex ordine puellae verrunt. In porta dimisi liberos, ubi nonnulla per minuta cum uxore Nicolai sermonem habendi causa moratus sum. Mulier filicem²⁴ apportavit ex silva in sacco. Interrogavi, quid sibi in filice vellet.

Femina edocuit me filicem sub equis sterni tantoque filicis sibi singulis hebdomadis²⁵ opus esse, cum stramentis²⁶ careret. «Et proprios lectos quoties stramento recenti renovatis?» — interrogavi. «Tantum tempore messis» — respondit vilica.

Finis sequetur.

¹⁹ dugó = Stoppel, Propf = bouchon ²⁰ üveg(ecske) = Fläschchen = bouteille ²¹ padló = Fußboden = plancher ²² pofont ad = Ohrfeige geben = donner une gifle ²³ hátul = hinten = au fond ²⁴ haraszt = Farnkraut = fougère ²⁵ hét = Woche = semaine ²⁶ szalma = Stroh = paille

Alex. Petöfi: Sara anus.

Convertit Vinc. Bors Szegedinensis.

*In limine sedet anus Sara,
Sedet, non stat; non est iam cretura.
Gerit nasus eius perspicillum,
Sui . . . forsam tegmen oculorum.¹
Sara anus, heu cum es vocata
Parva Sara, soror mea parva!*

*Quae erant in veste eius ima,
Nunc rugas in ore habet illa;
Pendet eius neglegens amictus,
Ut si ei furca sit iniectus.
Sara anus etc.*

*Crinis hiems — frigeo, si specto —
Albior est lino dealbato,
In vertice sedet illi hirtus,
Ut in tecto ciconiae nidus.
Sara anus etc.*

*Sunt oculi illius retracti,
Taedet illos loci, ubi nati,
Intus ardent cum lumine lasso,
Ut lucernae in busto collapsio,
Sara anus etc.*

*Planities pacata est pectus,
Ac si desit etiam cor eius;
Adest adhuc cor, sed est immotum,
Iam modo vix palpitat interdum.
Sara anus etc.*

*Trux, profusus puer est iuventus,
Opes palmis dissipat duabus,
Sed advenit senectus avara
Res effusas nati receptura.
Sara anus etc.*

¹ vestem feralem

Certamen corrigendi.

Fabula mendosa a quodam lectore scripta mense Octobri (pag. 10) lectoribus nostris corrigendi causa proposita hic corrigitur:

De fele Sinensi. *In Sina erant aliquando quattuor lintearii (= mercatores lini), qui linum in horreum conferebant. Mures linum amantes magnopere (= valde) augebantur. Mercatores igitur felem emerunt, quae (= ut ea) mures comprehendere, scimus enim felem libenter mures comedere. Feles aliquando corpus iuxta focum calefaciens (= refovens) pedem adussit. Nunc res ad sortem revocatur (= mercatores sortiti sunt), quisnam eorum curationem pedis vulnerati felis susciperet. Is, cuius sors exiit (= excidit), vulnus felis benzino lavit et obligavit. Postero die, cum*

feles iterum infra focum iacebat (= iaceret), pes benzino lavatus hordeum lini plenum attigit et incendit. Ita totus acervus lini combustus est. Mercatores socio, qui felem curaverat, liem intenderunt. Sed iudea iustus his tribus mercatoribus solvendum esse iudicavit (= hos tres mercatores solvendi damnavit), quod feles sanis pedibus in horreum incurrisset.

Praemia ab Societate Mag. Cath. Med. Sch. data ex 19 competitoribus sorte obvenerunt: *Margaretha Bella et Magdalene Stopka (Angelanum Scarab. et Budap.), Mariae Kónya Sabariensi, Ottoni Orient (Berzsenyanum) Budapestinensi.*



Milites symphoniaci Japonenses saxophonio canentes.

Nuntii recentissimi.

Nuntii bellici. Angli impetum fecerunt ex Aegypto in Italos Germanosque, quos tamen vincere non potuerunt. Germani in dies magis magisque Moscovae appropinquant, quare etiam Stalin tyrannus Samaram fugisse dicitur, quo urgente Angli Hungaris Fennis Rumenisque bellum indixerunt. Interim Americani, postquam provinciam Batavorum¹ Americanam, Surinam, occupaverunt, nunc cum Japonensibus de imperio Asiae Orientali dimicant.

Societas Amicorum Litterarum² Humanarum² (Parthenon) certamen Graecum etiam hoc autumno magno cum successu repetivit. Praemium primum (200 P) *Ladislau Keleti*, discipulus *Michaelis Módi* (gymn. IPEA), secundum tertiumque (160 et 100 P) *Gustavus Heckenast* et *Theophilus Czulauf* discipuli v. *Ludovici Dengelegi* (gymn. conf. Evang.) acceperunt. Magnitudo praemiorum singularis munificentiam *Leopoldi Baranyai* praesidis laudat, qui in conventu generali Societatis «Parthenon» sapientissime de sublimi aeternoque valore³ humanitatis disseruit. Homines oeconomici philosophiam natu-

ralem sequentes colentesque nationem fortuite congregatam esse, contra homines historici litterarum humanarum amici dicunt non solum nationes magnas, sed etiam parvas sui iuris magnique esse posse momenti,⁴ quae genus humanum operibus poëtarum, artificum, ceterorumque virorum⁵ litterarum⁵ immortalibus locupletent. Deinde *Georgius Outlik*, moderator actorum⁶ diurnorum⁶ «Pester Lloyd» incundissime de eruditione Graecâ hominis hodierni recitavit. Multitudo erudita in auditorio Academiae Scientiarum Hungaricae refertissimo ambas recitationes applausu permagno honoravit.

Grillparzer in Novo Theatro Hungarico Budapestinensi. Tragoedia pulcherrima poëtae Vindobonensis a. 1791 nati, «Medea», nunc fere quotidie spectatores delectat et permovet. Quis enim misericordiâ non moveatur videns Medeam, a marito liberisque destitutam⁷ et ab omnibus contemptam? Quae desperata ulciscendae injuriae causâ liberos suos ipsius parvos ipsa trucidat. Poëta mirabilis est in fide⁸ addenda⁸ rei incredibili, nam desperatio mulieris non subito, sed paulatim et gradatim ad crudelitatem insanam augetur. Partem⁹ difficillimam, sc. Medeam, *Prisca Peéry* egit heroicâ verisimilitate. Actores ceterarum quoque primarum partium *Ladislau Földényi* (Creon), *Ladislau Perényi* (Iason), *Elisabetha Simor* (Creusa) laudabili conatu et peritiâ scenicâ effecerunt, ut etiam his temporibus discriminum plenis Medea assidue spectatores plurimos in theatrum alliceret. Tragœdiam in Hungaricum sermonem *Zoltanus Ambrus* aptissime converterat.

Tabula mortuorum. *Bernhardus Gálos* rector gymnasii Cisterciensis Albae Iuliae 53 annos natus, immaturâ morte (apoplexiâ¹⁰) ereptus est. Optimum civem paedagogum sacerdotem amicum latinis etiam IUVENTUS graviter luget. Lux perpetua luceat ei! — *Christianus Sinding* auctor musicus Norvegorum clarissimus 85 annos natus mortem obiit. Opera eius etiam in Hungaria amantur.

Nova sedes administratoris Alexandri Regényi: Budapest, XI., Fehérvári-út 13 (Collegium Gerhardinum in domo Societatis Mag. Cath. Med. Sch.). Pecuniae igitur exinde illuc mittantur.

¹ Hollandorum ² eruditionis classicae ³ érték = Wert = valeur ⁴ jelentőségű = von Bedeutung = important ⁵ tudós = der Gelehrte = savant ⁶ hírlap = Zeitung = journal ⁷ cserben hagy = im Stich lassen = abandonner ⁸ elhitet = glaubhaft machen = faire croire ⁹ szerep = Rolle = rôle ¹⁰ agyvérzés = Schlaganfall = attaque d'apoplexie

LECTORIBUS MINIMIS

Jocosa.

1. Caecus mendicus¹ multis linguis gratias² agere² sciens tabulam ex humeris suspensam portabat, in qua haec legebantur: «Caecus sum multarum linguarum gnarus³». Aliquando duae puellae praeteribant, quarum altera viginti nummulos⁴ ei dedit submissâ⁵ voce dicens amicae suae: «Heus, vidisti? Non solum caecus est, sed etiam multarum linguarum gnarus, ille miserrimus!»

2. A: Cur camelopardalis⁶ tam longum collum habet? — B: Ut ad caput suum perveniat.

3. Ludi magister: Dic mihi, parve Iuli, pluraliter birotam.⁷ — Iulius: Tandem.⁸

4. Titus domum Caii intrat, quem fornaci⁹ in-

sidentem¹⁰ invenit. «Hem, miserabilis, interrogat — quid video? Quid agis fornaci insidens?» — «Hem, — respondet Caius serio — phaselos,¹¹ quos ientans¹² edi, coquere volo quia crudiores¹³ fuerunt.»

5. A: Victum (= panem) quotidianum sudore¹⁴ vultus nostri quaerere debemus. — B: Si ita est, ego equidem nunquam edere potero. — A: Cur? — B: Quia cras mane in officina¹⁵ refrigeratoria¹⁵ laborare coepero.

Car. Arnaboldi disc. Lucanensis.

1. Sacerdos: Marce, quamdiu Adamus et Eva in paradiso (= sede beatorum) fuerunt? — Discipulus: Usque ad autumnum. — Sac.: Cur usque ad autumnum? — Disc.: Nam mala¹⁶ ante autumnum matura non sunt.

2. Discipuli colloquuntur. A: Aspice, quaeso, schola nostra ardet. — B: O me miserum! Nunc ipsum scripsi pensum.

Ilsa Hotop disc. Lucanensis.

1. Viator: Deciduntne saepe homines ex hoc culmine¹⁷ montis? — Dux viatoris: Generatim semel.

2. Pater: Observa manus tuas! Vidisti-ne iam manus meas tam sordidas¹⁸ esse atramento? — Filius: Ego equidem non vidi, sed pater tuus certe vidit.

3. Mater: Marce, nonne vetui te ad Caesarem ire? Hic enim puer male moratus est. — Filius: Sane vetuisti. Sed cur non licet Caesari ad me venire, qui bonis moribus sum imbutus²⁰?

Iulianus Albertolli disc. Lucanensis.

Iosephus semper interrogat patrem, exempli causā: «Cur est caelum caeruleum?» — «Nescio, mi fili!» respondet ille. — Filius: A qua regione flat ventus? — Pater: Nescio, mi fili. — Filius: Cur arbores virides sunt? — Pater iam-iam iratus est, cum mater filium castigare²¹ coepit: «Cur semper interrogando patrem vexas? Noli ei molestiam afferre!» Quibus auditis pater morosus: «Quid²² tibi²² hic²² negotii²² est²²?» — inquit — nonne vides Iosephum a me discere? Ille enim interrogat, ego autem respondens doceo eum.»

Phil. e comitibus Merán disc. Piani (Pécs).

1. In congressu antialcoholistarum orator contra bibulos²³ haec dicit: «Animal quoque optime scit, quid sibi utile sit. Si duae urnae asino apponuntur, quarum altera vinum, altera aquam continet, ex utra asinus potabit?» — «Ex aqua.» dicit quidam — «Recte!» — gaudet orator — et cur? — «Quia asinus est», respondet bibulus, qui forte congressui intererat.

2. «Domine medice, — queritur²⁴ domina aegrota — timeo, ne viva sepeliar!» — «Domina, — dicit medicus — noli timere! Si ego te curo, hoc fieri nequaquam²⁵ potest.»

3. Medicus in Russia pulsum tribuni²⁶ plebis aegroti inspicit, cum forte pulex²⁷ ex lecto in manum eius insilit. Medicus iratus exclamat: «Si aegrota es, bestia, cur salis, sin non es aegrota, quid vis hic?»

Lad. Versényi disc. Cisterc. (Baja).

¹ koldus = Bettler ² köszönetet mond = danken = remercier ³ értő = kundig = versé ⁴ fillér = Pfennig = centime ⁵ halk = leise = bas ⁶ zsiráf = Giraffe = girafe ⁷ kerékpár = Fahrrad = bicycle ⁸ birota bisellis ⁹ kemence = Ofen = fur ¹⁰ rajta ül = auf etwas

sitzen = être assis ¹¹ bab = Bohnen = phaséole ¹² reggelire = zu Frühstück = déjeuner ¹³ nyers = roh = cru ¹⁴ verejték = Schweiß = sueur ¹⁵ hűtőház = Kühlraum = magasin frigorifique ¹⁶ alma = Apfel = pomme ¹⁷ csúcs = Gipfel = sommet ¹⁸ mocskos = schmutzig = sale ¹⁹ tinta = Tinte = encre ²⁰ szoktat = gewöhnen = dresser ²¹ dorgál = tadeln = réprimander ²² mi dolgod van itt? = was hast du hier zu schaffen? = qu'as-tu à faire ici? ²³ libenter bibentes ²⁴ panaszkodik = jammern = se plaindre ²⁵ semmiképen = keinesfalls = nullement ²⁶ biztos = Komissar = commissaire ²⁷ bolha = Floh = puce

Cave canem! Senex tempore¹ matutino¹ sedet in fenestra. In via sub fenestra cubat canis quidam albus pulcherrimus et pilis² longis coopertus.³ Fortuito apparet ante fenestram tonsor⁴ canum. «Salve, — inquit — pulcherrimus est hic canis.» — Senex: «Uti dicis, canis est pulcherrimus.» — Tonsor: «Attamen eum nunc aestate paululum tondendum esse opinor.»⁵ S.: «Recte dicis, eius pili aliquantulum longi sunt.» — T.: «Ego hunc canem mecum asportabo, proponit tonsor. — S.: «Sicuti vis» respondet senex. Horā praeteritā redit tonsor cum cane: «Ecce canis, rite est exornatus.» — S.: «Sine dubio.» — T.: «Et parvo⁶ feci pretio,⁶ — inquit tonsor — tantum unum peto pengoenem pro labore. — S.: «Utique⁷ non est magni pretii — inquit senex introrsum reversurus. — T.: «Sed, Domine, non vis unum mihi pengoenem solvere?» — S.: «Ego? ... Cur?» — T.: «Ego tuum totondi pulcherrime canem! — S.: «Meum canem? Dixi ego canem meum esse? Hic canis non est meus.»

Eva Mattyasovszky disc. Sororum Angl. Bp.

Narratiunculae⁹ scholasticae. Magister noster delineationis,¹⁰ A. H. nonnunquam adeo se narrationi casuum¹¹ itinerariorum,¹¹ immersit¹², ut complures errores minores in narrationem venirent. Exempli causā iter in Dalmatiā factum sic incepit: «Fili, cum in Dalmatia peregrinans,¹³ postquam duas horas pedibus ivi, ex vectura¹⁴ descenderem...»

Magistrum quoque linguae Gallicae ex militia redeuntem oravimus, ut casus bellicosos narraret. Is initium sic fecit: «Postquam Cescos e Regione Superiore expuleram...»


Iosephus Szabó, magister physicae et mathematicae severus discipulum, qui respondere nescivit, ex oeco¹⁵ foras emittere solebat. Aliquando Stephanus Forgó accessit¹⁶ et — quia non didicerat — nihil scivit. Iosephus Szabó voluit clemens esse, eum in oeco classis manere sivit, sed se eum proximā occasione foras emissurum esse declaravit. Postero die iterum mathematica erat et magister Stephanus Forgó rursus examinare voluit. Stephanus ex scamno¹⁷ egressus est, directā viā iit ad vestiarium¹⁸ denticulatum,¹⁸ sumpsit petasum¹⁹ et oecum reliquit. (Continuabitur.)

Nic. Mikóds disc. Sch. Piarum Vacienis.


¹ reggel = morgens = le matin ² szőr = Haar = poil ³ tectus ⁴ borbély = Barbier = coiffeur ⁵ puto ⁶ olcsón = billig = à bon marché ⁷ mindenesetre = jedenfalls = en tout cas ⁸ fizet = zahlen = payer ⁹ anecdota ¹⁰ rajz = Zeichen = dessin ¹¹ úti kaland = Reiseabenteuer = aventure de voyage ¹² belemelegedni = sich vertiefen = s'abimer ¹³ utazni = reisen = voyager ¹⁴ vonat = Zug = train ¹⁵ terem = Saal = salle ¹⁶ kiszólit = herbeirufen = appeler ¹⁷ pad = Bank = banc ¹⁸ fogas = Kleiderrechen = râtelier ¹⁹ kalap = Hut = chapeau

Christus Jesus natus est...

Cantus ex saeculo XVII. Latine reddidit *Ladislaus Csaba* disc. gymn. Acad. Bp.



Christus Jesus na-tus est, gau-de-a - mus, E - i pulchra can-ti-ca, can-ti-te - mus!



E Da-vi-dis san-gui-ne, Ex in-tac-ta vir-gi-ne Na-tus est no - bis Chri - stus.

2. Gloria sit Domino in excelsis
Hominibus autem sit pax in terris!
Cantemus cum angelis
Pastoribusque bonis:
Gloria in excelsis!

3. Credimus in stabulo ad Betlehem
Esse viam, vitam et veritatem.
Nam in hoc infantulo
Deus latet parvulo:
Credimus veritatem.

Carmina popularia Hungarica.*

Latine reddidit *Ios. Tóth dr.* (Pestszentlőrinc).

1. *Donec adulēscens eram,*
Prohibam im portam meam;
Si nonnulla clamaverim,
Adesse me scirunt statim.

Sed ex quo maritus sum iam,
In portam licet prodeam;
Ut clamaverim quotcunque,
Nemo scit adesse nunc me.

*

2. *In vita nil abegi, ni*
Unum equum Debrecini,
At mi vinclum est iniectum,
Cor puellae paene ruptum.

*

3. *Pilleum ornatum*
Vittis vento (e)st flatum,
Ago tibi gratias,
Me quod adhuc amabas.

Dum me amavisti,
Soccos rubros gessisti,
Sed iam ex quo non amas,
Nuda pedibus eas.

* 1. ad melodiam: «Mikor én még legény voltam»,
2. ad mel.: «Nem loptam én életemben», 3. ad mel.:
«Pántlikás kalapom» cantabitur.

LECTORIBUS MAIORIBUS

Vivum Latinum.

Systema generale stenographiae Samuelis Taylor, professoris Oxoniensis & c. — Ad linguam latinam accommodavit **I. C. Danzer** centurio rei castrametatoriae in exercitu Caesareo regio. Pesthini, apud Fratres Kilian 1802.

Prooemium, Ars scribendi praestantissimis, quae ingenium humanum protulit, inventis accensenda est. Posteaquam enim sonus, vocabulis tamquam articulis distinctus, notionum atque animi sensuum interpres hominum, consensu constitutus est, vocum quoque simulacra inventa, quibus id,

quod sermo praesentium auribus committeret, absentium oculis exhiberetur. Id quoque scripturae formis effectum est, quae e rudibus, ut erant primum signis, sensim literarum artificio ad magnam simplicitatis ac nitentis perfectionem deductae sunt. Humana tamen industria in hac operis sui perfectione nondum acquiescens, magis ardua semper appetens, eo progressa est, ut scripturam dictorum factorumque efficeret custodem perpetuam, quae vivam orationem aemula velocitate assequi atque comitari posset.

Etenim cum in illis civitatibus, in quibus negotia publica non solum scripto, ut nobis mos est, sed sermone palam habito tractabantur, multa partim in deliberationibus publicis, partim in iudiciorum disceptationibus, partim in consortio quotidiano dicerentur, quae reliquis quoque civibus commemorari quam plurimum intererat, novae artis studium exortum, qua efficeretur, ut pronuntiata oratio quemadmodum auribus percepta erat, ita celerrimo scribentis stilo in oculis quasi defixa ab oblivione aut quavis depravatione vindicaretur, ejusque penitius cognoscendae examinandaeque aequa omnibus fieret potestas.

Serius nempe ea, quae novarum rerum cupido expetebat, quam quae necessitas docuit, inventa sunt. Quare formatis primum in communem vitae usum literis, non satis accuratam temporis, quo cogitata dici, dictaque scribi possent, rationem habitam fuisse, ipsae earundem figurae liberioresque ductus satis declarant. Qua de causa in eum, quem diximus, finem aut novus literarum modus inveniri, aut vulgaris illa, quae hactenus usui erat, scriptura eo brevitatis contrahi debebat, ut, quae oratores memoranda dixissent, parcissimo linearum flexu, eodem prorsus, quo proferebantur tempore notari, notataque, quoties luberet, relegi possent.

Huiusmodi scripturae contractioris rationem jam Graecis usitatam fuisse, ab historicis memoriae proditum est. Si Diogeni Laertio credimus, Xenophon in colligendis memorabilibus Socratis usus est literarum contractionibus, quarum figuras in libris Plutarchi delineatas conspici licet. Romae hanc compendiosam scribendi artem florente Republica usui fuisse, certum est. Excelserunt in ea prae ceteris Tiro et Aquila; ille Ciceronis, hic Maecenatis libertus: quorum uterque nova quaedam scripturae compendia invenisse traditur; scribae tales a notis, quibus dicta furtim celeriterque describere solebant, notarii appellabantur. Horum plures Cicero consul in curia distribuisse fertur, cum de conjuratione Catilinae

actum est, ut ea, quae Cato proferret, qua possent, maxima celeritate ac sinceritate describerent.

Eadem notarum ars sub imperatoribus ad eum dignitatis gradum elata est, ut hi ipsi notis operam darent. Habebatur enim in numero bonarum artium, quibus juvenem Romanum liberaliter educatum institui oportuit: & quemadmodum eo tempore fuerunt, qui in Philosophia, Dialectica, Rhetorica, Grammatica, Musica erudirent, ita & fuisse, qui publice hanc notarum artem docerent, e multis scriptorum testimoniis liquet, quorum praecipuos Prudentium¹ & Ausonium² hic afferre juvat, e quibus intelligitur notarios Romanos non contractiones literarum communium, sed puncta & proprias ad assequenda oratoris verba notas adhibuisse. Harum numerum Seneca philosophus, ut ipse memorat, ad quinque milia perduxit. Idem pauca illa, quae supersunt, opuscula talibus notis exarata comprobant, quorum memoria temporum injuria cum arte ipsa interiit. Illo namque aevo, quod ab historicis medium dici consuevit, eorum rudinitatis perventum est, ut libri similibus notis conscripti, tamquam perniciose veneficorum instrumenta, igne delendi censerentur, quibus postmodum extinctis omnis artis adeo utilis memoria sensim evanuit.³

¹ In hymno X. Passio S. Cassiani:

*Praefuerat studiis puerilibus, & grege multo
Saeptus, magister litterarum sederat;
Verba notis brevibus comprehendere multa peritus.
Raptimque punctis dicta praepetibus sequi.*

² Ad notarium velocissime excipientem:

*Puer, notarum praepetum
Solers minister, advola;
Bipatens pugillar expedi,
Cui multa fandi copia,
Punctis peracta singulis,
Ut una vox absolvitur.
Evolvo libros uberes,
Instarque densae grandinis
Torrente lingua perstrepo:
Tibi nec aures ambigunt,
Nec occupatur pagina;
Et nota parce dextera
Volat per aequor cereum:
Cum maxime nunc proloquor,
Circumloquentis ambitu,
Tu sensa nostri pectoris
Ut dicta jam ceris tenes.
Sentire tam velox mihi
Vellem dedisset mens mea,
Quam praepetis dextrae fuga
Tu me loquentem praevenis.
Quis, quaeso, quis me prodidit?
Quis ista jam dixit tibi,
Quae cogitabam dicere?
Quae furta corde in intimo
Exercet ales dextera?
Quis ordo rerum tam novus,
Veniat in aures ut tuas,
Quod lingua nondum absolvit?
Doctrina non haec praestitit
Nec ulla tam velox manus
Celeripedis compendii,
Natura munus hoc tibi
Deusque donum tradidit,
Quae loquerer, ut scires prius,
Idemque velles, quod volo.*

Saeculo demum decimo septimo haec ars in Anglia novo studio coli coepit, urgente eadem necessitate, unde suam primum originem duxisse supra memoravimus. Sed excogitare varii auctores varia artis hujus systemata, quorum quod ceteris praestaret, multa contentione ab eruditis quaesitum: donec Taylorus noster, quem sequimur, auctor, systema suum universale Stenographiae undecim ante annis meditatam, usque longiore comprobatum, ad indolem linguae Anglicae accommodatum, Londini 1786 in lucem ederet, tanto tamque communi artis peritorum applausu, ut permulti Stenographi suam, cui illucumate assueverant methodum, cum novo systemate commutare non dubitarint.


Namque praecepta hujus artis, quae antehac vaga & parum perspicua erant, ex Taylori systemate certa dilucidaque, utpote firmis innixa principiis, evadunt. Ex his duo praecipua, ad summam rei cognoscendam ac recte aestimandam, afferre juvat: 1-mum: In scriptura stenographica singularae voces e literis componuntur, quemadmodum in scriptura vulgari, literarum tamen loco lineae & notae quaedam quam brevissimae adhibentur. 2-dum: Omittenda est in hoc scripturae genere quaelibet litera, quae a vocabulis salva perspicuitate abesse potest. Quo fit, ut neque necessaria ad intellectum desint, neque redundant ea, quae sine noxa abesse possunt, utque praesertim spatii atque temporis ratione habita tarditas scribentis brevitate literarum compensetur, aptaque scribentis manus, linguae verba proferentis celeritatem continuo assequatur.

Litterae enim stenographicae mira quadam arte ita ordinatae tantoque studio distributae sunt, ut, absque ullo ductu intermedio, quam aptissime in vocabula conjungi, atque ita conjunctae a lectore quam facillime dignosci queant, figurae vero earum adeo variae sunt, ut neque legentem fastidio similitudinis afficiant, neque scribentem artificiosis nimium flexibus morentur. Atque haec in universum hoc loco monuisse sufficiat, e quibus intelligere pronum est: aut hoc, aut nullo alio modo scripturam, salva orationis integritate, eo brevitatis adduci posse, ut artis hujus peritus loquentis vocem facile consequi possit, id quod usus quotidianus felici eventu comprobavit. Prospexisse videntur id viri omnium ordinum clarissimi in Anglia, qui, cum Taylori systema hoc primum luce publica donaret, magno numero inter emptores nomina professi sunt. Deinde vero idem usus quotidianus comprobavit, cum in Anglia non solum in iis ordinum coetibus, ubi principes senatus publici consistent, verum etiam in judiciis quibusque publicis & auditoriis doctorum hanc stenographiae methodum adhiberi constat.

In Gallia idem systema anno 1794 primum innotuit, auctore *Th. P. Bertino*, viro eruditione, ingenio ac morum mansuetudine clarissimo, qui complures annos in Anglia moratus, ipsiusque Taylori disciplina institutus, illud sermoni Gallico aptatum, Parisiis vulgavit.

Continuabitur.

³ Qui uberiorem de notis commentationem legere cupit, consulat epistolam 27. Justi Lipsii, epist. select. centur. I. ad Belgas, ubi inter alia scribit: «Enimvero perisissimam notarum artem, dolendum est, & reparabilem tamen, si liceat adniti. Sinenses hodie quoque characteres habent, quibus tota verba significant, sed operosos fere & implexos; expeditius aliquid oportet, & credam, a sagacibus viris in paucis diebus repertum iri, si jubeantur».



Pons tumultuarius a Germanis in Russia ad tempus instructus.

Michael Babits: Procul... Procul...

Latine reddidit *Achatius Császár*, disc. cl. VIII. gymn.
Cisterciensium Budapestinensis.

(Metrum Sapphicum.)

*Campi Hiberi tam vario colore,
umbra templi Turcica, tortuosa;
somnia fusco in podio puella
vespere maesta.*

*Italum caelum tepet aestuosum,
marmor infractum, glomerata nubes,
lympha dum bullit putei, videtur
languida myrthus.*

*Graeca rupes ac veteres ruinae,
triste culmen, quod nebula vaporat,
aura densa est terrae nuda; pastor,
grex abiesque.*

*Rupicaprae: Helvetia. Saxa, villae
altiores nubibus Alpiorum,
ac nivis campi viridesque valles,
frigidus aër.*

*Oppidum: Germania. Facta ligno
sunt domorum contabulata tecta,
canthari pleni, tituli atque obesi
undique cives.*

*Galliae laetus populus levisque,
mille vultus expositaeque merces,
et tumultum voce replent strepenti
machina, cornu.*

*Fluminum pontes, nebulae Britannae,
fumidi fuliginibus camini,
et nemus, castella, greges obesi
pascua complent.*

*Sueciam serrata aquilone cingunt
litora, in lympha maculae indecorae,
arbores grandes, hominesque flavi
corpore magno.*

*O quot urbes, quot populi per orbem,
quotque regnorum nimium procul sunt!
quam mihi est fortuna maligna: nunquam
cuncta videbo!*

Recitationes Latinae

singulis mensibus in conventiculis magistro-
rum class.-phil. auctoribus v. *Iosepho Frak-
nóy* rectore studiorum districtus Buda-
pestinensis superiore et *Iosepho Huszti*
prof. Univ. scient. (qui quondam mode-
rator IUVENTUTIS erat) instituuntur.
Seriem recitationum *Aloysius Jirka* aperuit,
qui de fontibus vitae Vergilii antiqui
latine recitavit. Gratias frequentiae
auditorum oratione Latina ex tempore
dicta *Carolus Szabó* viris supra dictis
egit tanta volubilitate, ut omnibus demon-
straret linguam Latinam non mortuam,
sed vivam vigentemque esse.

Gigantomachia.

Scriptis: *Val. Fehér* O. S. B. (Tihany).

*Carmine fert animus laudes celebrare virorum,
Bellica qui saevo fulmina Marte gerunt.
Hungarus immani pugnat certamine miles,
Non impar sociis pectoris igne suis.
Talibus ingentes populi luctantur in armis,
Qualia non unquam viderit ulla dies.
Plurima teligerum contendere copia certat
Cum saevo magni caelitis hoste Dei.
Nam globus hostilis moresque Deumque perosus
Nititur aethero praecipitare loco.
Pronus ad omne nefas scelerumque imbutus amore,
Perdere vult divam tempus in omne fidem.
Primum in templa furit stolidi fanaticus error,
Et foribus clausis vulgus inire vetat.
Proruit ex umbris scelerum temerata potestas,
Absumptisque piis cuncta minanter agit.
Stat cruor in templis nimiaeque rubentia caede
Vincula multorum, tecta viaeque madent.
Per cunctas rabies effunditur in regiones,
Et stricta pietas compede vincita iacet.
Sic perit veneranda fides, pietate remota:
Filius ora patris, mater utrumque timet.
Postquam cuncta furor gelido terrore ligavit,
Iam vitiosa cohors ulteriora petit.
Ambitione furens totum nocitura per orbem
Semina nequitiae dissipat arte mala.
Et simul intus opes conquirat ad arma movenda,
Plurimaeque in fabricis ferrea tela creat.
His ita perfectis orbi generique paratur
Flebilis humano pestis et atra lues.
Consiliis trucibus vigilat occurrere ductor
Germanus statuit: bella repente geri.
Agmina per fines rapide numerosa feruntur,
Multigena lauro cincta virile caput.
Praecipiti cursu violentaque turbine saevo
Monstra covinnorum¹ densa per arma volant.
Spargitur immensis miles Germanus in arvis,
Qua Tanais² lento flumine volvit aquas.
Ubertate bona felix Ucraina gaudet,
Flavaque per latum crescit arista solum.
Haec eadem tellus, nostrae cunabula³ gentis,
Nunc quoque nostrates gramine pascit equos.
Illic nostra manus saevis versatur in armis,
Cumque bona, fertur,⁴ se gerit ipsa fide.*

¹ curruum bellicorum ² Don ³ prima patria ⁴ sicut
nuntiatur

Innumeri patrios captivi agitantur in agros,
 A bello miseros longius esse iuvat.
 Ante diem⁵ multi campos stravere cruentos,
 Telorumque simul maxima praeda manet.
 Ars valet in bello meliorque peritia rerum,
 Qua numerus semper debuit esse minor.
 Iam vaga conspicuum donat fortuna triumphum
 Artibus, indoctis iure severa negat.
 Quid tibi nunc prodest tantos hausisse labores,
 Impia turba? merum funus ubique vides.
 Qui malus in Dominum temeraria bracchia movit,
 Numinis ultricem sentiet ille manum.
 Pectora iam vobis saevus circumstetit horror,
 Quo populus longum terrificatus erat.
 Fulmina iam casu dignam iaculantur in urbem,
 Et propius remur labis abesse diem.


⁵ tempus

Librorum recensio.

Balogh Károly: Antik bronzükör (Speculum aeneum antiquitatis Romanae) Budapest, 1940. Királyi Magyar Egyetemi Nyomda. Pag. 266. — Hoc speculum nobis ostenditur, epigrammatis Martialis, in quibus tamquam in speculo vita, mores, consuetudines, instituta Romanorum cernuntur. Carolus Balogh proprio quodam amore Martialem adamasse videtur, nam a. 1937 iam multa eius epigrammata in Hungaricum conversa ediderat. Istum in Martialem amorem nemo est, cur miretur, cum hic omnium quotquot erant, poetarum epigrammaticorum sit ingeniosissimus, salsissimus, ne dicam dicacissimus. Praeterea est Carolus Balogh antiquitatis Romanae amantissimus et studiosissimus indagator. In hac nova epigrammatum in Hungaricum conversorum editione eadem, qua in priore usus est ratione. Ita enim epigrammata in ordinem redegit, ut omnes fere vitae actus iis illustrentur. Exempli gratia: in unum collecta sunt epigrammata, quae sunt de vinis, alteris, quid agant homines in publico, exponuntur, alia ludos gladiatorios complectuntur. Antiquitates, quae sic disposita epigrammata attingunt, tanta expositionis evidentia et suavitate, qua Carolus Balogh praecipue pollet, describuntur, ut lectores vitae et morum Romanorum eminentissimam effigiem videant. Epigrammata sunt eleganter in Hungaricum conversa. Legenti mihi erratum occurrit: puerique diaria poscunt = *tankönyv kell a fiúknak*. Perperam. Diarium in antiqua latinitate cotidianum victum et cibum servorum significat. Qui priorem Baloghianum librum legerunt et emerunt, eos hunc alterum quoque librum, qui iisdem excellit virtutibus, lecturos et empturos esse, pro certo affirmaverim. (Pretium 5 P.).

Dr. Kun Sándor és dr. Törös László, A magyar gyermek első latin olvasókönyve (Puerorum Hungaricorum primus liber Latinus) Debrecen, 1941. Pretium P. 1'50. Pag. 90. — Nunc, cum tam angustis cancellis linguae Latinae curriculum circumscriptum sit, ne institutio linguae Latinae omnino frustra sit, omnis cura et sollertia adhibenda est, tam exiguum temporis spatium quo utilius et fructuosius collocetur. Cui rei hic libellus destinatus ita compositus est, ut docendi via et ars, quantum fieri potest, expedita et facilis efficiatur, id quod maxima ex parte libelli auctores assecuti esse videntur. Est enim dispositio libelli satis apta et idonea, materia tractanda temporis exiguitati accommodata, quae si tempus linguae Latinae docendae tam maligne impertitum recte in rem convertitur, facile absolvi poterit. Lectiones sunt intellectu faciles, cogitationi perilli consentaneae et quantum per praescriptam legem fieri licet, varietati inserviunt; quibus etiam grammaticae praecepta facile exerceri et percipi possunt. Lectiones satis longa praefatio antecedit, qua iter in Italiam narratur

tamquam incitamentum linguae Latinae maiore alacritate discendae. Esto! Faciamus mentes puerorum hac narratione alacriores factas esse, nolim enim libelli auctorum opinioni obloqui, sed dubitare mihi liceat, num labor et difficultas linguae discendae hoc modo evitari et subterfugi possint. Ceterum libellum imaginibus ornatum utilem et habilem ad docendum iudico. Car. Acs. Bp.



Solutiones aenigmatum numeri II. (m. Oct.): 1. Iovi, opus, vult, iste. — 2. S, us, rus, erus, ferus. — 3. Odi et amo; quare id faciam, nescio, sed fieri sentio et excrucior. — 4. Julius, ursus, vesta, etenim, nobilis, templum, urbanus, salus: Iuventus. — 5. Echo (= vox repercussa). — 6. Campana, Campania. — 7. Didyma, Padaei, Tanais, Syrtis, Ulixes, Euenus: Dantes. — 8. Tribunus plebis. — 9. Porcus, portus, partus, partum, Parium, Larium, lardum.

Aenigmata recte dissolverunt ex 28 schoiis 224 discipuli. **Praemia ab Societate Mag. Cath. Med. Sch. donata sorte obvenerunt:** Barbarae Varga, Veronae Szlávik (*Angelianum*), fratribus Mayer (*gymn. Archiep.*), Stephano Grosz (*Sch. Piae*), Agneti Szepes (*Veresianum*), Nicolao Bán, Gabrieli Várnai (*Berzsenyanum*), Susannae Löwy (*Zrinyianum*), Clarissae Eperjessy (*Szilágyianum*), Zoltano Biró (*gymn. conf. Helv.*), Marthae Farkas, Margarethae Bókay (*Sophianum*) *Budapestinensibus*. Conrado Kriszt *Dombovárensi*. Ludovico Lenkei *Agriensi*. Bartholomaeo Kaszap *Neoseliensi*. Iosepho Kudron *Kiskunhalasiensi*. Andreae Kósa *Mátyásföldiensi*. Classi V. A) *Frateriani Miskolciensis*. Geysae Tóth *Mohácsiensi*. Priscaae Szinay *Magno-Varadinensi*. Ioanni Bapt. Mátyás *Pestszentlőrinciensi*. Idae Tóth *Scarabantinae*. Iosepho Bugyi, Arpado Laukó *Szentesiensibus*. Martino Róka *Sabariensi*.

1. Quadratum magicum.

	1.	2.	3.	4.
1.				
2.				
3.				
4.				

AAAA 1. Arbor est.
 CCEE 2. Alimentum carum.
 RRRR 3. Forma verbi esse.
 MMOO 4. Urbs maxima Italiae.

Ioannes Gebhardt Dombovariensis.

2. Angulus magicus.

	1.	2.	3.	4.	5.	6.
1.						
2.						
3.						
4.						
5.						
6.						

A 1. Pars ima navis.
 AA 2. Sic appellas amicum.
 CCA 3. Aqua perfundo.
 GEEC 4. Verbero, tundo.
 MIII 5. Coniunctio negativa.
 RRONN 6. Vocalis.

Ernestus Réti Dombovariensis.

3—4. *Ad saltum equulei.*

	cum	vi-	vi-	
et	te	ne-	vir-	ve-
est	Be-	re-	te	ve-
	ho-	tu-	ste	
	d	a-	re.	

Maria Horváth disc. Angelani Bp.

		bun-		
ca-	de-	ti	am	tur.
a-	ni-	fi-	i	pa-
i	vo-	Be-	quo-	fi-
	ci,	li-	ci-	

Bela Árkosi disc. Cisterc. Bp.

5—6. *Rebus.*

DE DE DE DE DE	M	LE
----------------	---	----

Lad. Renner disc. (Dombóvár). Lad. Harsányi disc. (Pápa)

7. *Acrostichum.*

.ircum	.talia	.urba
.nter	.omen	.mbria
.ihil	.avis	.anctus
.aesar	.rbor	

Litterae initiales primum dictatorem Romanorum indicant.

Thomas Lantos disc. Berzsenyiani Bp.

8. *Aenigma arithmeticum.*

Duae puellae tricenos pullos venditurae ad mercatorem portabant. Una ex puellis binos, altera ternos pullos 5 coronis vendere voluit. In itinere computaverunt pretium pullorum: una 75, altera autem 50 coronas, ambae igitur coniunctim 125 coronas accipere volebant. Sed mercator, ut pretium pullorum unius et alterius audivit, dixit: «Vos 5 pullos 10 coronis venditis, 60 pullos habetis, ergo 120 coronas accipitis».

Quis recte computavit: utrum puellae, an mercator?

Gisela Varga disc. Makonensis

9—10. *Logographi.*

Ego sum principium mundi, et nihil est sine me. Ego in omnibus sum semper. Sum triplex et tamen unum, sed non sum Deus. Quid sum?

Ioannes Tóth disc. Csurgonensis.

Petrus ab amico hoc aenigma accepit:

«Mitto tibi metulas, si vis cognoscere, vertas!»

Petrus celeriter intellexit solvitque aenigma. Experimenti vos quoque.

Ilsa Mosonyi disc. Giselani Bp.

11. *Numeris.*

5, 18, 16, 17, 4, 21	Pars corporis.
23, 24, 20, 15, 19, 22	Fari, loqui, pronuntiare.
25, 10, 27	Animal parvum.
12, 3, 17, 6, 16, 3	Mater Apollinis et Dianae.
3, 20, 13, 11	Fluvius in Sicilia.
7, 3, 9, 2, 11	Rex Laestrygonum.
14, 19, 10, 17, 26, 11	Unus ex percussoribus Caesaris.

Catherina Szécsi disc. Veresiani Bp.

12. *Additio litterarum.*

Pater + mater + liberi = familia.

Singulae litterae ita sunt mutandae numeris, ut loco uniuscuiusque litterae semper idem numerus stet et summa numerorum loco verborum «pater, mater, liberi» stantium adaequat summam numerorum loco verbi «familia» stantium. Si numeri 2, 7, 9 liquorem densum dulcem ab apibus fabricatum dederint, solutio recta erit.

Andreas Zs. Horváth disc. Klauzáliani (Szeged).

13. *Aenigma pectinarium.*


1	2	3	4	5	6	7	8	9
• I •	• R •	• O •	• U •	• H •	• C •	• A •	• T •	•
E	O	A	U	O	N	T	A	L
•	•	•	•	•	•	•	•	•
S	O	A	E	I	O	X	S	A

1. Interiectio. 2. Colo, observo. 3. Stabulum parvum, suile. 4. Numerus (fem.). 5. Oppidum in Cilicia. 6. Intro, ingredior. 7. Fluvius Orci. 8. Laudatio. 9. Talus.

Frid. Kreiner disc. Sch. Piarum M.-Canissanus.

Nota. Lectoribus minimus: 1—8, mediis et maioribus 9—13. — Quisquis aenigmatum tot solvat, quantum potest. Etiam unum solum aenigma solventibus praemium petere licet. Discipuli eiusdem scholae solutiones a professore suo collectas in communi involucre epistolae ad moderatorem. *J. Wagner (Budapest, XI., Lágymányos-utca 20.)* mittant.

Terminus solutionum: Calendae Februariarum.



Lectores innumerabilibus epistulis opusculisque me cumulant, quare si omnibus respondere vellem, totus fere fasciculus IUVENTUTIS responsorum plenus esset. Ceterum optima semper opuscula temporisque aptissima edenda esse puto.

Omnibus sociis lectoribusque nostris dies festos Nativitatis Domini laetissimos beatissimos, nec non novum annum fel'cem, faustum, fortunatum iustae diuturnaeque pacis largiorem precamur.